


John Carter Brown  
Library  
Brown University



25.99

UNIVERSITY OF CALIFORNIA  
LIBRARY

Book 1000  
No. 1000

THE UNIVERSITY OF CALIFORNIA  
LIBRARY

1000

1000

1000

1000

1000



# PANEGYRICA ORATIO,

A D. Barnaba Sanchez &  
Cuerrero in Sacra Theologia  
Doct. elaborata, dictaque

ILL.<sup>MO</sup> D.D.D. JOSEPHO

GVTIERRE DE CEVALLOS; EL CA-  
VALLERO, ET QUIJANO, IACOBÆO AQUITI,  
Limanoque meritisimo Archipraefuli;  
Regale, & Seminarium Collegium sua  
Visitatione Iustranti. Die 23 Mensis

Octobris Anni Dñi 1742.

**H**Uic Regali Seminario Collegio, & Mi-  
nerve Domicilio ingens auspiciam, mag-  
nam felicitatem auguror, prædivino, dum te  
(O Illme. Pientissime, ac Sapientissime Domi-  
ne) intra illius penetralia conspicio, & reve-  
renter adoro. Felix (inquam) omen, felicem  
prosperitatem ominor, prænuncio, nedum illi  
tuum adventum ardentissimis votis expectanti,  
sed & universis te adventare impatienter exopt-  
antibus.

Verùm quæ divina insania in mentem in-  
siliit, aut quæ prepetis pennæ me in hoc vaticini-  
um, & prosperum Augurium impulèret? Certe  
illa volucrum Regina, & Dominatrix, quæ ce-  
leribus pennis se credens Cælo Aquila apella-  
tur. Istam generosam avem omnibus felici aus-  
picio fuisse nemo inficiatur. Illa fuit, quæ Mi-  
dam tenuis fortunæ ad montes incredibilium  
divitiarum antecessit. Illa Hieronem humilis  
conditionis virum ad Regiam inter Siculos dig-  
nitatem excitavit. Illa demùm, quæ ipsum lo-  
vem, ut facilius ad divinitatem scanderet, suis  
humeris fingitur subvexisse, suisque viribus, ut  
inde non rueret sustentasse. Itaque aliæ aves o-  
minosæ, infælices, & inauspicatæ esse solent;  
ista verò non nisi felices successus ominatur.

Ergo jure merito te (O Illustrissime Prin-  
ceps) intra hujus Lycæi penetralia aspiciens, &  
venerans, fælicem prosperitatem ominabar, pro-  
perum auspiciam prædicebam, & auspiciam  
omen prænunciabam. Tu enim præ omnibus  
Principibus, illustris, reliquisque Præsulibus ex-  
celsior, antonomastice Princeps debes nuncu-  
pari, sicut illa volucrum Regina compellatur,  
*In ea namque Regiæ virtutes omnes elucescunt: re-  
gios mores, regiam prorsus majestatem in omnibus imi-  
tatur, ut Belibetius scribebat. Tuque Splendo-  
res regios, omnes que dotes præstantissimas ab-*

lib. 19.

forbes. In illa regiae maiestatis fulgor resplendet;  
in te regalis magnitudinis splendor nato quodam  
fulgore nitet, ac lucefcit. Illa magnificen-  
tia imitatrix, regiae maiestatis nomenclaturam  
fortitur; Tu angustam venerationem vendicas,  
& trahis. Illa demum Solis radios (Regiae scirpis  
analogica proportio) ab incunabulis facie ad  
faciem intuetur, vt scribebat Opianus, *legiti-  
ma proles Solem intentis oculis contemplatur*. Tuque  
adeo Aquilina acie, e matris alvo nobilitatis So-  
lem fuisti scrutatus, vt ipsum iubar tecum iden-  
tifices, omneque genus nobilitatis quasi abli-  
gurias.

... Tibi namque prisca propago  
*Augustis venit à proavis, quam dicere digno  
non datur eloquio, nec si modo surgat Averno;  
qui cantu flexit scopulos, digitis que canoris,  
compulit auritas ad plectrum ducere chordas,  
cum starent Hebri latices, cursuque ligato,  
fluminis attoniti, carmen magis vnda sitiret.*

Tuus namque pater D. D. Ioannes Gu-  
tierre de Cevallos el Cavallero, ex domo de  
Cevallos el Cavallero, et Tremenal, Dux Mi-  
litiarum in Valle de Toranzo, ultra triginta an-  
no um interstitium, vexilliferaque regia insig-  
nitus, fuit filius D. D. Ioannis Gutierre de Ce-  
vallos, el Cavallero Præsidis de Toranzo. Hic  
originem sumpsit ab Illustrissima familia de Ce-  
va-

vallos, que oriunda admiratur, à pietissimo D.  
D. Ramiro II. Rege Legionensi. Hic fuit Avus  
D. D. Ordonij Ordoñez, qui fuit primogenitor  
Illustrissimæ familiæ de Cevallos, vt vnanimiter  
testantur D. Antonius de Alacon in genealo-  
gicis relationibus domuum Marchionum del Tro-  
cifal, & Comitum de Torres Uedras, D. Lau-  
rentius de Padilla Archidiaconus de Ronda,  
Pater Claudius Clemens in Libro de Ordinar.  
generalib. ac denique quoddam Allegatum N.  
D. Regi Matriti præsentatum, præloque datum  
anno 1726. quos ad tuæ Generationis Stemma,  
testes appello.

Immo tua Insignia, regia admirantur; tres  
namque illæ nigre fasciæ, quæ in albo, & illi-  
bato campo conspiciuntur, Insignia fuerunt Re-  
gis Recaredi, tuæ propaginis (iuxta alios) pri-  
mogeni propagatoris. Hic erga æqualitatem  
trium divinarum personarum atra hæresis ari-  
anæ nebula (in Concil. Tolet. jussu illius con-  
gregato) dissipata, & extirpata, ineffabile nol-  
itiæ fidei tyrocinium, in luculentam æqualitatis  
recte resonantiam; Arianos que nostrum  
dogma exhibendum prostituentes subvertit, des-  
truxit, extirpavit. Vtque tam gloriosam trium-  
phum æternitati mandaret, tres illas nigras fal-  
cias suis gestaminibus jussit inscribi, tamq. glo-  
rioso facinore, numero pugnantium pro divina  
æqualitate fuit adscriptus.



Illis trinis, regijs que fasciarum insignijs  
 meritò ( O Illne. Princeps ) decoratis, nedùm  
 regis sanguine in te à Recaredo Rege deriva-  
 to, verùm, & flatu numinis te ( ab ipsa ater-  
 nitate ) integerrimum Quæstòrem contra hæ-  
 reticam pravitatem, tum Carthaginensi, tum  
 Limano synhedrio destinantis, te namque sui  
 nominis, & fidei fortissimum zelòtem hæreses  
 omnes visitaturum, infalibilitè divinàrat. In-  
 notuit jam cunctis divinationis eventus; Fidem  
 namque sub umbra alarum tuarum ( O nobi-  
 lissima Aquila ) protectam, oculorum tuorum  
 pupillas decantabas. Clamitent hæresum mon-  
 tra, superstitiones, nefariorum greges, & idò-  
 la, quæ iratus valdè projiciebas, comburebas,  
 exolsabas. Divinus ille Moyses Dei nominis  
 exactissimus zelator, vitulum constabilem com-  
 burens omnium stupore videbaris. Proh mi-  
 randam progeniem! O orthodoxam stirpem!  
 In te tenera fides sopitur, adulta nutritur, vi-  
 titatur.

Vociferet etymon præclarissimi tui cog-  
 nominis de Cevallos, quod ( teste Mariana )  
 originem sumpsit ab hujus familiæ insigni Pro-  
 cete, & Dynasta; qui Mauros hostes fidei a-  
 cerrimos in agris de Pereda ( Rege D. Pelayo  
 committante ) industriosa solertia profligavit:  
 Cibaria namque omnia, Victus, & greges va-

B

fer-

Alludit ad  
 cap. 20.  
 Exodi.

Alludit ad  
 caput 32.  
 Exodi.  
 vers. 20.

Getrimis Mauris propinavit, ut glutones Ara-  
bes, barathrones Mauros (se suoque exercitu  
inediam sustinente) fartiret, saturaret; illos-  
que oppiparo abdomine tumidos turgescentes  
confunderet, vastaret, debellaret. Peredeꝑ campos,  
plusquam propina balnea referros vidissetis!

Nec scellit spes; Ille enim fidei Athlas for-  
tissimus Dynasta, fame, & siti munitus, Mau-  
ros cibis satiatis devicit, superavit, genusque  
illud Barbarorum, ieiunio, & inedia eiecit, a-  
limoniam omnem prorsus parvipendens, quasi  
cum Ezechia Rege clamitaret: *Cum illis bra-  
chium est carneum; nobiscumverò Dominus Deus  
noster, qui auxiliator est noster, pugnatque pro  
nobis.*

O fortissimum Ducem! Quibus laudibus  
tam præclarum facinus efferam nescio! Quo præ-  
conio tam insignis actionis agam encomyasti-  
con! Nullo certe, nisi ipsa fama, quæ decan-  
tatum paremia hispanicum carmen cantabat.

Ardid es de Cavalleros

Cevallos para vencellos.

Dicat etiam ille invictissimus Heros D. D.  
Ferdinandus Gutierre de Cevallos: Hic cum  
villam de Alarcon à Mauris possessam obsidio-  
ne circumsidèret, deque victoria desperaret,  
(quia scilicet Mauri de inaccessibilibus muris  
villam machinamentis defensabant) egregium  
faci-

Alludit ad  
caput 9.  
Marci  
vers. 28.

2. Paralipomen.  
cap. 32.  
vers. 8.

facinus (immortalitatis pignus) perpetravit.  
Pugiones namque attipuit, illisque gradatim in  
mania defixis munitissimum, & sublimi pro-  
pugnaculum celeriter ascendit, & mauritanas  
custodias pugionibus viriliter cecidit, trucidà-  
vit. Sicque insperata victoria pro Cevallos in  
Mauros fuit omnium vociferatione decantata.

Proh actionem dignam tanto Heroa! O  
Cedro, tam validissimi viri inculpandam me-  
moriam! O fortissimum Procerem aternitati  
mandandum! Scalas honoris gradatim, sed  
instantaneè superasti, ipsumque honorem inni-  
xum scalæ merito obtinuisti, vocem fortissis  
honoris proclamantis consecrans: Si scalarum af-  
censor victor evaseris, *Terram, quam obsides  
tibi dabo, & semini tuo; eritque generatio tua si-  
cut pulvis terræ: dilataberis ad Orientem, Occiden-  
tem, Septentrionem & Meridiem.*

Et quidem promissioni respondit eventus;  
A Rege namque villa de Alarcon in *Titulum de  
Cevallos fuit erecta.* Nec miremini, humanis-  
simi auditores, tam conspicuum Heroam, erga  
fidem in Mauros tot pericula spevilse; sed hu-  
jus Orthodoxæ familiæ sanguinem, venis, ar-  
terijs que bullientem in fidei obsequium avi-  
dum effundi contemplantini. Verùm ad alia.

Nedùm tua sublimis stirps ab Hispaniæ Re-  
gibus dimanat, verùm (quod plus est) omnes

Hil-

Pierio;

Alludit ad  
cap. 28.  
Gen.  
vers. 13.

Ibidem;

Ibidem.

Hispaniæ Reges ex illa pullularunt. Siquidem  
D. D. Didacus Gutierre de Cevallos, Castella-  
nus Navarchus ( vulgò Almitante de Castilla )  
felicissimam D. Elviram Gutierre de Cevallos,  
procreavit. Ex hac nobilissima matrice ( quæ  
matrimoniales nuptias celebravit cum D. D.  
Ferdinando Perez de Ayala, qui ad Regem  
Francum legatus caduceator fuit missus ) dima-  
navit D. Matina de Ayala & Cevallos, quæ  
sibi in matrimonium copulavit D. D. Fadricum  
Henriquez, nepotem Infantis D. D. Fadrici,  
pronepotemque D. D. Alfonsi XI. Regis His-  
paniarum; ex hoc quæ conjugio filia processit  
Regina D. Ioanna Henriquez conjux D. D.  
Ioannis Regis de Aragon, & Navarræ; ex his-  
que filius dimanavit D. D. Ferdinandus Rex,  
qui per antonomasiam, Catholici nomencla-  
turam fuit sortitus.

Enque mutuam hõndis, & Regij sangui-  
nis causalitatem! Hispani Reges suo sanguine  
nobilissimam stirpem de Cevallos abs dubio o-  
pulerunt; ipsaque de Cevallos stirps Reges  
Hispanos ditavit; fortassè ut, & tot bellis,  
præclarisque facinõribus hõndem acquisitum,  
ab illa Reges mutuarent, utque *flumina vnde  
exière revertantur.*

Ex ista tua nobilissima propagine non so-  
lum Hispani Reges Originem trahere videntur,

verum & omnes orbis Duces, & Reges deced-  
 rem, & sanguinem sumere mirantur. Nedum  
 ex ista tuæ generationis procerissima arbore Re-  
 ges Hispani frondosissimi rami progredi cre-  
 duntur, sed & vniversi Proceres, & Dynaste,  
 fructus ex illa pullulare conspiciuntur. Ex illa  
 namque felicissima viragine D. Elvira de Ce-  
 vallos, (magna arbore, & forti, *cujus proceri-  
 tas ad Cælum contigisse videtur, & germen eius vs-  
 que ad terminos vniuersæ terræ.*) D. Leonor de  
 Ayala & Cevallos suavissimus fructus pullula-  
 vit, quæ sibi in matrimonium nobilissimum  
 D. D. Ferdinandum Alvarez de Toledo Do-  
 minum de Valdecorneja, & Castellanum Me-  
 ratum (vulgò Mariscalum) copulavit; ex ho-  
 rumque felicissimo conjugio Duces de Alva,  
 Marchiones de Mansera, Comites de Ayala,  
 Marchiones de Villafranca, Florentini Duces,  
 Reges Franci, Anglicani, omnesque penè Or-  
 bis Proceres dimanarunt. O memorandam ge-  
 nerationem! Quis illam poterit dignè extollere,  
 & narrare! Nemo certe; *Stellas namque Cæli  
 esset recensere, & numerare: Cum Isaiæ di-  
 cta generationem eius, quis enarrabit.*

O tèrque quatèrque iterùm beatam gene-  
 rationem de Cevallos! O veram Palmam, quæ  
 ybique terrarum fructus honoris, & honesta-  
 tis emisisti! Certè quasi *Cinnamomum, & balsa-*

C

num

Daniel cap.  
 4. v. 8.

Alludit ad  
 cap. 15.  
 Gen. v. 5.

Isaias. cap.  
 53, v. 8.

Eccl. 24.  
 v. 18.

*num aromatizans, odorem dedisti; inque tua nobilitatis fragrantiam omnes proterus sublimes generationes curientes suavissimum honoris speciem respirant. Nil est nobilitatis, & respectus, quod à te non fuerit propagatum. Nihil in Hispania, Britania, & Francia suavio-  
 lentiã nobilitatis redolet, quod ex tui honoris pretiosissimo alabastro non fuerit effusum, & mutuatum. Sicut Mandragora odorem dedisti. Hęc nobilissima planta (teste Rugero) hæc in se verba habet inscripta: Nihil est, quasi ex illa omnes odorifera plantæ fragrantiam acceperint, nihil que quod ex illa odorem non trahat inveniat.*

**Ibidem.**  
**Cantic. cap. 7. v. 13.**  
**De Mandragoris cap. 4.**

Nec silentio præteribo Illustrissimos Viros, qui ex tua stirpe dimanarunt, afferamque D. D. Didacum Gutierre, de Cevallos Nobis Cesaræ ordinis Tribunum, Turdetaniæ quæ Dacem Generalem. D. D. Rodericum Gutierre de Cevallos, Regis D. Alfonsi IX. Villicum majorem, & D. D. Ferdinandum Gutierre de Cevallos Præsidentem de Alarcon, qui quasi instrepido volatu Maurorum Arcem conscendit.

Hic adducam Invictissimum D. D. Ferdinandum de Alarcon & Cevallos Iacobæum Equitem, Comitem de Somorriba nemorali, Marchionem de Vala Siciliana, & de Renda, Castellanium de Castello novo, Proregem Neapoli-

politianum, Armorum Generalem Praefectum  
ab Augusto Imperatore Carolo V. Hic invidios-  
simus Dynasta & validissimus Heros sub sua  
potestate D. D. Franciscum I. Regem Francum  
in pignus pacis habuit constitutum; Romaeque  
Sacratissimum, ac semper venerandum Cle-  
mentem VII. Pontificem Maximum reveren-  
ter, ac submissè obsidem tenuit.

Proh fortunatam sortem! O conspicuum  
Herodam! Inter tot Dynastas, tu Regiam, &  
Pontificiam Dignitatem obsidem tenuisti, &  
suscepisti. Proh Deus immortalis! Nescio (Ille  
Domine) quae similitudo tibi cum isto Herode?  
Ille Regalem, & Pontificiam Dignitatem in  
pignus pacis habens, adoravit; Tuque Regale  
hoc, & Pontificium Collegium sub te habens  
constitutum honoras. ille secularem, & sacer-  
dotalem potestatem custodivit; de teque al-  
tiora praestolamur. O vinam! Ut Lima de tuo  
adventu alacris & lata non plus ultra suae fe-  
licitatis gestaminibus inscribat, insignijs scul-  
pat, & exaret.

Afferam etiam D. D. Gutierre de Cevallos  
Episcopum Segovientem. D. D. Gonditalvum  
Rui de Cevallos, avum D. Menisæ de Cisneros  
& Cevallos, ex qua Duces de Feria, Marchiones  
de Santillana, aut Bantiana (hic Marchionatus ex  
domo de Vega, Cevallos & Cisneros conflatur)

D.

Petrus Lo-  
pez de A-  
yala, tit.  
de Alarcó.  
Salazar de  
Mendoza.  
lib. 2. Dig-  
nit. Caste-  
llæ. Citati  
à Peralta in  
sua Hispa-  
nica Chro-  
nologia.

D. D. Didacum de la Uega & Cevallos I. Du-  
cem del Infantado (in hoc Ducatu usque nunc  
antiquum Patrimonium domus de Cevallos re-  
manet, & conservatur) Hincque dimanant Mar-  
chiones de Mondejar, Comites de Coruña, &  
Eminentiss. D. D. Petrus de Mendoza, &  
Cevallos, Cardinalis, & Archiepiscopus Toleta-  
nus; & D. D. Gundisalvus Dias & Cevallos  
Cubicularius major Regis D. Ferdinandi IV.

Adducam & Herodas tibi sanguine, proximè  
coniunctos qui in nostris temporibus floruerunt:  
D. D. Iosephum Gregerium de Cevallos el Ca-  
vallero, Iacobzum Equitem in hac Regia Can-  
cellaria integerrimum Senatorem. D. D. Iosep-  
hum Damianum de Cevallos Comitem de las  
Torres, quem nunc sapientissimum Senatorem  
Lima veneratur; huiusque Fratrem D. Emma-  
nuelem Franciscum de Cevallos, Calatravensem  
Equitem, Dominum, & Abbatem S. Andreæ  
de Cayon; D. D. Angelum Venturam Calde-  
ron & Cevallos, Iacobzum Equitem, Regia  
Quæstura decratum, Marchionem domus Cal-  
deron, Viscomitemque de Santibañez: D. D.  
Franciscum Antonium de Cevallos el Cavalle-  
ro, Iacobzo stemmate insignitum à Consilijs  
Ordinum; D. D. Melchiorem de Cevallos el  
Cavallero eiusdem Consilij Decanum, ac præ-  
dicti Iacobzi ordinis decimum tertium (Treze  
nun-



nuncupatum) D. D. Ioannem Antonium de  
Cevallos Iacobzum Equitem, Regiminis de  
Estremadura meritissimum Coronellum. Ac  
tandem pro coronide tam lucidissimi, tamque  
clarissimi splendoris tuę nobilitatis adducam  
tuum ex utroque parente germanum fratrem,  
natum mindorem D. D. Ioannem Franciscum Gu-  
tierre de Cevallos el Cavallero, & Quijano ru-  
bro Calatravensis Ordinis stemmate decora-  
tum, qui postquam per decennium in Salman-  
tino Imperiali Collegio alumnus extiterat, dum  
ex eius Sapiencia altiora sperabantur, (ne malitia  
mutaret intellectum ejus) ad melioris Paradisi se-  
de sideribus quaquaversus stellatam arreptus fuit.

Sed cum te in exornando natura nimis fue-  
rit indulgens, utrimque nobilem effecit, ut quem  
paterno genere illustrem genuerat, materni etiam  
generis claritudine insignem efformaret. Sortitus  
quippe es matrem D. Marianam de Quijano, utro-  
que parente nobilissimam. Hęc illustrissima  
Familia de Quijano, inter cęteras Hispanię  
stirpes coruscat, ac resplendet: clमितet Turris  
del Pinal, ubi ipsa fama antiquum hujus Fami-  
lię honorem decantat.

Testes hujus splendoris adsunt tot dynastę  
Duces, Marchiones, Comites, tot pręsules,  
Achipręsules, qui ex arbore de Quijano anti-  
quitus pullularunt; & in nostris temporibus tuus

cōsanguineus D. D. Ioannes de Quijano Calatravensis Æques, Commendator de las Huelgas de Burgos: & ne huius tuæ generationis nobilissimum Stemma recenseam (arenas quidem Maris elset numerare) vnum pro mille adducam D. D. Franciscum de Quijano Avunculum tuum Iacobæum Æquitem, huiusque Ordinis Commendatorem, Ducem de Corazas, Mandatorem de Ocaña, Gubernatoremque Villæ novæ de los Infantes.

Verùm, nedùm utriusque generis (O Illustrissime Princeps) nobilitate resplendens admiraris; enimverò specialissimum aliud quoddam genus nobilitatis tuis factis, & progressibus vendicasti. De lingua namque latina satis, superque eruditus, in Regis Salmantino Lyceò Sacrorum Canonum, & Iurisprudentiæ Facultati operam dedisti, abstrusissimas que difficultates, ita percalluisti, ut primas inter Pontificiarum, & Iustinianæarum Decisionum Doctos, sedes obtinères. Cumque omnes te primum illius Regis Salmantini Collegij Alumnum, & Magistrum haberent, ex illo Minervæ Arcadio, postquam Iacobæo Stemmate fueras insignitus, ad Carthaginense fidei domicilium Regijs diplomatibus merito evolasti. Tuam Sapientiã, & in decidendo maturitatem, jam illud Tribùpal fuit expertam.

Nulli enim labori patens, indefessoque  
in leu-

serutandis fidei causis conatu assiduè libris  
incumbebas, fidem à superstitionum, & hæ-  
resum tænebris vindicando; idque ipsum in hoc  
Limano synhedrio mirantes conspeximus. Hic-  
que miram in te erga pauperes misericordiam.  
Quare illa comitas, & liberalitas Aquilarum  
ab omnibus decantata, tibi (Ædepol) potio-  
ri jure insita videtur, & innata.

Enque, illas tuas alas Aquilæ magnæ, quas  
Palmæus vates mulieri vidit datas ad volandum,  
sapientiam nempè, & liberalitatem; quibus sa-  
ne per totam Americam, & Europam advo-  
lasti, atque in ipsa Catholici nostri Regis con-  
clavia pervenisti, qui te Antistitem Chillensem,  
moxque Cordubensem Episcopum nominavit.  
Pervenerunt hinc Regia, & Pontificia Diploma-  
ta, Cordaque omnium alacritate suffusa subsi-  
liebant, ipsaque tecta, & parietes assurgere vi-  
debantur.

Sed vix te è portu solventem viderunt,  
cum gaudij extrema lætus occupavit; suaviter nam-  
que ristes mittebant de tua absentia quærelas,  
nihilque præter tui audentia, & gemibunda  
suspiria resonatum; teque mittatum damnatum,  
omnes deplorabant, tamque absentiam lachri-  
mis, & ululatibus prosequabantur, ita quod Re-  
moræ tunc fuisse voluissent, sed incassum.

Ergo spumas salis cre ruiisti, Neteosque flu-  
ctus

Apocal:  
cap. 12.  
v. 14.

Proverb:  
cap. 10.  
v. 13.

Virg. Æ-  
neid.

tus remigasti; & quidem felici eventu: Su-  
 perba namque alioquin vnde, te verentes in-  
 timescere non sunt aule; sicque post longam,  
 tum in mari, tum terrenam viam ad tuum de-  
 sideratum Episcopium adventasti, ibi etiam pau-  
 peres tuam in largiendo elemosinas pietatem  
 hinc experti, tuique Pastoralis zeli sollicitudo  
 affatim resplenduit: testes promam Vilelas In-  
 dos, quos tua prædicatione ad Catholicum gre-  
 gem allicuisti; Sermonesque, quos omnium  
 stupore prædicabas, & quos egomet (ingenti  
 fortuna) merui manibus attestare, legere, pec-  
 legere, inter legendumque, tuam Sapientiam,  
 & dexteritatem admirari. O vñnam typis man-  
 dari permitteres, vt ex eis, tanquam prima re-  
 gula concionandi, omnes exemplum capere-  
 mus.

Est XII. Ar-  
 chiepisco-  
 pus Civita-  
 tis Regum.

Alludit ad  
 cap. 21. A-  
 pocalips.  
 v. 21.

Ierusalem  
 interpreta-  
 tur. Civi-  
 tas Regum

Denique post novem annos, postquam  
 que tuam Ecclesiam jam jam ruinas trahentem,  
 construxeras, à fundamentis que ædificaras duode-  
 cimus in numero pretiosissimus Amethystus, perfe-  
 ctio, & complementum fundamentorum hujus mili-  
 tantis Hierusalem, docilis, suavis, affabilis, me-  
 ritissimus Archiepiscopus nos iterum visitas Oriens  
 ex alto. Amethystus (inquam) qui docilis, & sua-  
 vis sculptura (à Viegas in Apocalips.) observa-  
 tur; tuque omnibus te venebolum, atque mi-  
 rissimum exhibes. Amethystus (iterum qui iuxta  
 Plu-

Plurimum) nativa vi attrahendi decoratur; tu-  
que omnium corda & affectus sympathicè, for-  
ti suavitate attrahis, & allicis.

Dixi. Oriens ex alto, quia nulla tua præ-  
satione, nullaque sollicitudine te Catholicus Mo-  
narcha animarum curæ exactissimus zelator, ad  
Limensè Archiepiscopium destinavit. Ex alto i-  
terùm; nam cum alij hanc præciosissimam Ra-  
chelem sibi Sponsam vellent adaptare; tu solus  
(Aquila nobilissima) illam ducere meruisti;  
ita ut de te possit decantari, quod de illa, E-  
zechiël vates præviderat: *facies Aquila desuper  
ipsorum.*

Igitur Lima lætare tanti præsulis adventu.  
Tuque Seminarium Collegium, tanto Annilite  
decoratum, amplissimoque Heroda conspicuum  
specialiter gaude: immò sic lætatur, & gau-  
demus; In te namque, (O Illustrissime Prin-  
ceps) perfectam Protoparentis nostri Thoni-  
bij Imaginem reverenter adoramus; nedùm  
enim in sapientia, & liberalitate illum imitatio-  
ne prosequeris, verùm, & in rebus, quæ for-  
tuna, & casu (melius dicam, divina providen-  
tia) illi contigerunt, imitaris. O miranda Dei  
aternæ sapientiæ secreta!

Ille divinus Heros ex Regali Salmantino  
Lyæo ad Synhedrium fidei conscendit; tu que  
ex Regis Salmantino Musæo ad fidei domici-

E

lium

Citat. à  
Cornel. ad  
cap. 21.  
Apocal,

Cap. 1.  
v. 10.

17  
18  
19  
20  
21  
22  
23  
24  
25  
26  
27  
28  
29  
30  
31  
32  
33  
34  
35  
36  
37  
38  
39  
40  
41  
42  
43  
44  
45  
46  
47  
48  
49  
50  
51  
52  
53  
54  
55  
56  
57  
58  
59  
60  
61  
62  
63  
64  
65  
66  
67  
68  
69  
70  
71  
72  
73  
74  
75  
76  
77  
78  
79  
80  
81  
82  
83  
84  
85  
86  
87  
88  
89  
90  
91  
92  
93  
94  
95  
96  
97  
98  
99  
100  
101  
102  
103  
104  
105  
106  
107  
108  
109  
110  
111  
112  
113  
114  
115  
116  
117  
118  
119  
120  
121  
122  
123  
124  
125  
126  
127  
128  
129  
130  
131  
132  
133  
134  
135  
136  
137  
138  
139  
140  
141  
142  
143  
144  
145  
146  
147  
148  
149  
150  
151  
152  
153  
154  
155  
156  
157  
158  
159  
160  
161  
162  
163  
164  
165  
166  
167  
168  
169  
170  
171  
172  
173  
174  
175  
176  
177  
178  
179  
180  
181  
182  
183  
184  
185  
186  
187  
188  
189  
190  
191  
192  
193  
194  
195  
196  
197  
198  
199  
200  
201  
202  
203  
204  
205  
206  
207  
208  
209  
210  
211  
212  
213  
214  
215  
216  
217  
218  
219  
220  
221  
222  
223  
224  
225  
226  
227  
228  
229  
230  
231  
232  
233  
234  
235  
236  
237  
238  
239  
240  
241  
242  
243  
244  
245  
246  
247  
248  
249  
250  
251  
252  
253  
254  
255  
256  
257  
258  
259  
260  
261  
262  
263  
264  
265  
266  
267  
268  
269  
270  
271  
272  
273  
274  
275  
276  
277  
278  
279  
280  
281  
282  
283  
284  
285  
286  
287  
288  
289  
290  
291  
292  
293  
294  
295  
296  
297  
298  
299  
300  
301  
302  
303  
304  
305  
306  
307  
308  
309  
310  
311  
312  
313  
314  
315  
316  
317  
318  
319  
320  
321  
322  
323  
324  
325  
326  
327  
328  
329  
330  
331  
332  
333  
334  
335  
336  
337  
338  
339  
340  
341  
342  
343  
344  
345  
346  
347  
348  
349  
350  
351  
352  
353  
354  
355  
356  
357  
358  
359  
360  
361  
362  
363  
364  
365  
366  
367  
368  
369  
370  
371  
372  
373  
374  
375  
376  
377  
378  
379  
380  
381  
382  
383  
384  
385  
386  
387  
388  
389  
390  
391  
392  
393  
394  
395  
396  
397  
398  
399  
400  
401  
402  
403  
404  
405  
406  
407  
408  
409  
410  
411  
412  
413  
414  
415  
416  
417  
418  
419  
420  
421  
422  
423  
424  
425  
426  
427  
428  
429  
430  
431  
432  
433  
434  
435  
436  
437  
438  
439  
440  
441  
442  
443  
444  
445  
446  
447  
448  
449  
450  
451  
452  
453  
454  
455  
456  
457  
458  
459  
460  
461  
462  
463  
464  
465  
466  
467  
468  
469  
470  
471  
472  
473  
474  
475  
476  
477  
478  
479  
480  
481  
482  
483  
484  
485  
486  
487  
488  
489  
490  
491  
492  
493  
494  
495  
496  
497  
498  
499  
500  
501  
502  
503  
504  
505  
506  
507  
508  
509  
510  
511  
512  
513  
514  
515  
516  
517  
518  
519  
520  
521  
522  
523  
524  
525  
526  
527  
528  
529  
530  
531  
532  
533  
534  
535  
536  
537  
538  
539  
540  
541  
542  
543  
544  
545  
546  
547  
548  
549  
550  
551  
552  
553  
554  
555  
556  
557  
558  
559  
560  
561  
562  
563  
564  
565  
566  
567  
568  
569  
570  
571  
572  
573  
574  
575  
576  
577  
578  
579  
580  
581  
582  
583  
584  
585  
586  
587  
588  
589  
590  
591  
592  
593  
594  
595  
596  
597  
598  
599  
600  
601  
602  
603  
604  
605  
606  
607  
608  
609  
610  
611  
612  
613  
614  
615  
616  
617  
618  
619  
620  
621  
622  
623  
624  
625  
626  
627  
628  
629  
630  
631  
632  
633  
634  
635  
636  
637  
638  
639  
640  
641  
642  
643  
644  
645  
646  
647  
648  
649  
650  
651  
652  
653  
654  
655  
656  
657  
658  
659  
660  
661  
662  
663  
664  
665  
666  
667  
668  
669  
670  
671  
672  
673  
674  
675  
676  
677  
678  
679  
680  
681  
682  
683  
684  
685  
686  
687  
688  
689  
690  
691  
692  
693  
694  
695  
696  
697  
698  
699  
700  
701  
702  
703  
704  
705  
706  
707  
708  
709  
710  
711  
712  
713  
714  
715  
716  
717  
718  
719  
720  
721  
722  
723  
724  
725  
726  
727  
728  
729  
730  
731  
732  
733  
734  
735  
736  
737  
738  
739  
740  
741  
742  
743  
744  
745  
746  
747  
748  
749  
750  
751  
752  
753  
754  
755  
756  
757  
758  
759  
760  
761  
762  
763  
764  
765  
766  
767  
768  
769  
770  
771  
772  
773  
774  
775  
776  
777  
778  
779  
780  
781  
782  
783  
784  
785  
786  
787  
788  
789  
790  
791  
792  
793  
794  
795  
796  
797  
798  
799  
800  
801  
802  
803  
804  
805  
806  
807  
808  
809  
810  
811  
812  
813  
814  
815  
816  
817  
818  
819  
820  
821  
822  
823  
824  
825  
826  
827  
828  
829  
830  
831  
832  
833  
834  
835  
836  
837  
838  
839  
840  
841  
842  
843  
844  
845  
846  
847  
848  
849  
850  
851  
852  
853  
854  
855  
856  
857  
858  
859  
860  
861  
862  
863  
864  
865  
866  
867  
868  
869  
870  
871  
872  
873  
874  
875  
876  
877  
878  
879  
880  
881  
882  
883  
884  
885  
886  
887  
888  
889  
890  
891  
892  
893  
894  
895  
896  
897  
898  
899  
900  
901  
902  
903  
904  
905  
906  
907  
908  
909  
910  
911  
912  
913  
914  
915  
916  
917  
918  
919  
920  
921  
922  
923  
924  
925  
926  
927  
928  
929  
930  
931  
932  
933  
934  
935  
936  
937  
938  
939  
940  
941  
942  
943  
944  
945  
946  
947  
948  
949  
950  
951  
952  
953  
954  
955  
956  
957  
958  
959  
960  
961  
962  
963  
964  
965  
966  
967  
968  
969  
970  
971  
972  
973  
974  
975  
976  
977  
978  
979  
980  
981  
982  
983  
984  
985  
986  
987  
988  
989  
990  
991  
992  
993  
994  
995  
996  
997  
998  
999  
1000

Hum perrexiſti: Ille ex fidei domicilio ad mi-  
tralem dignitatem fuit euectus; tu que ex fidei  
Synhedrio micrale culmen, & faſtigiũ obri-  
nuifti. Ille ad Limenſe Archiepiſcopium pro-  
mouetur, dum Lima idololatriæ tenebris titaba-  
bat; tuque ad Limanum Præſulium aſcendiſ,  
cum Lima idololatriæ, & hæreſiarchis imminen-  
tibus, periclitatur. Ille demũ cor ſuum poſt  
obitũ, in Eccleſiam, quam redificat, ferri  
diſpoſuit; tuque (noviſſima memorans) ar-  
cam, vt cor tuum, in Eccleſiam à te ſtructam,  
feratur, diſponiſ. In vno tantũ à ſemitiis Pro-  
toparentis noſtri deviſti, (vt in te ſingulate  
patrocinium expectemus) quod primitus Semi-  
narium Collegium Eſcurialis Eccleſiæ ( vt li-  
teris vacares) illuſtraſti. En que diuinam inſa-  
niam, que in mentem inſiliat

Ergo iterũ, atque iterũ gaude, & læ-  
tare feliciffimum noſtrum Collegium. Diuinus  
enim ille Phœnix Fundator noſter renaſci, in  
hanc que Nobiliſſimam Aquilam reparatricem  
noſtram videtur transformari. Iure igitur me-  
rito in pœnais huius Aquilæ magnæ, tibi auſ-  
picatus bene prædicebam, & felix auſpicium  
divinabam. Tibi namque erit hæc nobiliſſima  
Aquila felici auſpicio, vt tenuem conditionem  
elimines, amplioremque fortunam ſortiaris, ſi-  
cut illa, Midam ad felicitatis culmen euexit

erit auspiciato omine, vt ex tua humili sorte ad fortunatam conditionem promovearis, vt ab illa Hiero ad Regiam dignitatem fuit euectus: Erat denique fausto augurio, vt ad diuinum honoris fastigium scandas, sicut illa, Iupiter ad Diuinitatem dicitur conscendisse; huiusque Aquilæ pennis firmiter honoris culmini adhærebis, sicut Iupiter, humeris illius, diuinitati fingitur Astitisse.

Igitur congratulamini nobis, auditores humanissimi; tanti enim Præfulis adventu, felices, & prosperos futuros speramus; Siquidem præciosissimus Amethystus admiratur, qui iuxta Rucum *prosperos facit, & felices*. Magnum incrementum nobis, sui adventu pollicemur, nedum quia Ioseph nomenclatura insignitur, Iosephque incrementum interpretatur, verum, & quia duodecimus Archipræful; duodenusque numerus: *Crescens* appellatur.

Tuque, Magnanime, Pientissime, ac Sapientissime Princeps felicissima Aquila, tuę pietatis alas expande, *Sub vmbraque illarum protege nos. Pecora tibi sunt attende illis: Filij tibi sunt; eradi illos, & præcipe illis*, non enim tam ex obedientia, quàm ex spontaneo famulatu tuis prudentissimis præceptis nec tantisper hesitant annuere. Quocumque volatus nexeris, *Eò congregabuntur, & Aquilę*. Sed quoniam tam multa  
in

Citat. à  
Cornel. ad  
cap. 21.  
Apocal.

Sylv. Al;  
legor.

Ecclesiast:  
cap. 7. v.  
38.

Math. 24:  
vers. 28.

te huius generosa Avis elucet decora, ampliorique claritudine coruscant, & affulgent, vnum ( ut non deficiat ) Deum precor : *Renovabis ut Aquila. Tibi ut ita contingat faxit Deus. Viveque, & renovare. Vive nobis, tibi, & Deo, ut nobis numquam absit tuus favor, tibi namquam desit, & Divinus. Dixi.*









BA742  
SR11P

